

268. II, 3-8 — Proposições da segunda sessão do Concilio Tridentino.  
1562, Janeiro, 27 — *Papel. 2 folhas. Bom estado.*

*Proposita in generali congregatione xxbij die Januarij  
1562*

In prima preterita sessione declaratum est et communi omnium voto  
approbatum pertractandum esse de hijs quae necessaria videbuntur ad

catholice fidei doctrinam stabiliendam atque morum integritatem restituendam.

Item ut autem hoc Deo duce agrediamur visum est magnopere refferre ad doctrinam de fide in suam puritatem restituendam, ut libri a varijs autoribus post exortas hereses scripti atque etiam librorum censure in diversis locis a catholicis edite examinentur, de quibus quicquid sancta synodus statuerit tanquam sacrosanctum decretum suo tempore publicabitur, ut ab omnibus absque ulla tergiversatione custodiatur super qua re quicumque pro ejus faciliori expeditione aliquid afferre voluerit libenter audietur.

Item ad hec rite dijudicanda, ut vocentur omnes ex decreto sancte synodi, consentaneum fore existimavimus ad quos istarum rerum aliqua pertinere quoquomodo potest, ne deinceps inauditos, se esse condemnatos causari possint.

Item non abs re quoque putavimus esse omnes qui in hereses quascunque lapsi sunt et adhuc irretiti sunt ad penitentiam invitare cum salvi conductus ampla concessione atque promissione magne et singularis clementie et benignitatis, modo redeant ad cor et sancte catholice ecclesie divinam potestatem agnoscant.

Item tam super modo facilioris expeditionis examinis librorum et censurarum quam super alijs que sequuntur, patres postquam hujus scripti exemplum acceperint et consideraverint dicent suas sententias in sequenti congregatione.

Patres electi per legatos de consensu concilij ad indicem publicati in generali congregatione, 17 Februarij, 1562.

Archiepiscopus Praguensis orator imperatoris.

Patriarcha Venetiarum.

Archiepiscopus Naxiensis.

Archiepiscopus Ragusinus.

(1 v.) Archiepiscopus Surrentinus.

Archiepiscopus Bracarensis.

Episcopus Cavensis Castello.

Episcopus Arianensis.

Episcopus Mutinensis.

Episcopus Ovetensis.

Episcopus Illerdensis.

Episcopus Briziensis.

Episcopus Cremonensis.

Episcopus Veronensis.

Episcopus Senogaliensis.

Abbas Casiensis Eutitius.  
Generalis Minorum de observantia.  
Generalis Sancti Augustini.

Hij assumant theologos minores quos voluerint, moneantur que reliqui patres ad hos referre, siquid habent, vel optant in indice.

Adjuncti domino commissario per legatos de consensu concilij.

Patriarcha Hierosolymitanus.  
Episcopus Nolanus.  
Episcopus Brixienensis.  
Episcopus Barchinonensis.

Ad mandata absentium.

(2) Recipienda, examinanda, et concilio referenda, per legatos de consensu concilij.

Archiepiscopus Rossanensis.  
Episcopus Sulmonensis.  
Episcopus Colimbrienensis.  
Episcopus Albinganensis.  
Episcopus Astoricensis.

(B. R.)